



BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN

SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

Su Excia. Ilma. el Obispo mi Señor ha recibido la comunicación siguiente:

«Cabildo de la Santa Iglesia Catedral de León.—
EXCMO. É ILMO. SR.—Dada cuenta en Cabildo extraordinario de esta fecha de la respetable comunicación de V. E. I. en la que se sirve proponer la terna de sugetos aprobados en el último concurso general de esta Diócesis para el curato vacante de Ardencino, de Patronato de este Excmo. Cabildo, se acordó en votación secreta elegir y fué elegido por unanimidad D. Juan Diez García, Párroco de Cembranos, primer lugar de la terna.

Lo que tenemos el honor de comunicar á V. E. I. para los efectos consiguientes.

Dios guarde á V. E. I. muchos años. León 1.º de Marzo de 1893.—Excmo. é Ilmo. Sr.—Dr. Vicente Silva Diez, Arce-
diano, Presidente.—Pedro Serrano, Canónigo: Por acuerdo del Excmo. Sr. Deán y Cabildo.—El Pro-Srio, Eulogio Horcajo Monte.—Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo de la Diócesis de León.»

Lo que por disposición de Su Excia. Ilma. se publica en este BOLETÍN para que el interesado acuda lo más pronto posible á la Secretaría del Excmo. Cabildo Cate-
dral á proveerse del correspondiente nombramiento.

León, 2 de Marzo de 1893.—Dr. José Fernández Ben-
dicho, Arcipreste Secretario.

—74—

SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS.

*DUDAS litúrgicas expuestas á la S. C. de R. por el actual
Prelado de Valladolid.*

(CONCLUSIÓN)

18. Ex concessione privilegii, quae ut dicitur certo non constat, in Dominica infra Octavam Ss. Hemeterii et Celedonii canitur Missa de iisdem Sanctis ad modum Votivae sollemnis.

Ad DUBIUM I. Servandam esse lectionem, quae prostat in proprio Archidioecesis Toletanae, utpote magis consonam, et correlativam ad Missam, quae communiter assignatur videlicet, *In medio*, praesertim pro universo Hispaniae regno, in quo S. Ildephonsus merito habetur et veneratur, ut Ecclesiae Doctor, etsi uti talis non sit adhuc a S. Sede declaratus.

Ad II. Standum pro Breviariis, et Diurnali Ratisbonensi.

Ad III. Corrigendum Breviarium ad normam Martyrologii, nempe *quinto Nonas*, ut respondeat ad diem tertiam Martii.

Ad IV. Juxta Decretum in Taurinen. diei 12 Septembris 1837, si nimirum *Jesu tibi sit gloria* in Officio, cui respondet Missa *Egredimini*, in alio autem Officio, cui respondet Missa *Miserebitur*, conclusiones Hymnorum minime sunt variandae.

Ad V. Standum Rubricae quae legitur in Codicibus SS. Hispanorum.

Ad VI. Tenendam Rubricam codicis Ratisbonensis, utpote generaliter servatam.

Ad VII. In posterum habendam ut authenticam Rubricam, quae annuntiatur in codici Ratisbonensi.

Ad VIII. Utroque in casu legantur lectiones habita ratione ad aetatem.

Ad IX. Exceptis Dioecesibus Calagurritana et Calceaten. retinendam lectionem codicis Ratisbonensis.

Ad X. Standum pro primis.

Ad XI. Abstrahendo in casu a particularibus concessionibus factis uni, vel alteri Dioecesi, quibus standum est, servandos codices Ratisbonenses in assignandis Missis pro utroque ex laudatis Sanctis.

Ad XII. Ut in praecedenti.

Ad XIII, XIV, XV. Authenticam lectionem codicis Ratisbonensis retinendam.

Ad XVI. Excepta Archidioecesi Toletana quoad Missam S. Leocadiae, in tota Hispania retinendam lectionem, quae traditur in Codicibus Ratisbonensi, Taurinensi, et Barcinonensi.

Ad XVII. Servatis peculiaribus concessionibus pro tota Hispania, adhibenda Missa *Intret*, et Secreta ac Postcommunio sumenda ab ea.

Ad XVIII. Cum non constet de Decreto extensionis Missarum descriptarum et Officiorum eisdem respondentium ad universam Hispaniam, sequitur ipsas Missas esse habendas uti peculiare singularum Dioecesum, quibus primitus concessae fuere.

Ad XIX. Negative in omnibus.

Ad XX. Dilata.

Ad XXI. Supplendum in redactione Kalendarii.

Ad XXII. Servandum Decretum diei 19 Junii 1873, idest Sacerdos qui unam tantum Missam celebrat, legat Missam si in media nocte, *secundam* si in aurora, *tertiam* si post auroram celebret.

Ad XXIII. Juxta Decretum 12 Decembris 1837 Negative ad primam et secundam partem.

Ad XXIV. Stan lum in laltis particu'aribus.

Ad XXV. Negative.

Ad XXVI. Inclinationem capitis faciendam in festis Sanctorum tantum, quoties nomen eorum, de quibus celebratur Missa vel fit commemoratio, exprimitur, minime vero in initiis Epistolae et Evangelii; et ad nomina B. M. V. aliorum Sanctorum et Summi Pontificis inclinationem dirigendam versus librorum seu nomen in libro expressum, nisi in loco principali altaris habeatur statua vel imago B. M. V. aut Sancti, ad quam, quia expresius repraesentant, capul inclinatur.

Ad XXVII. Cadaver absens ob civile vetitum vel morbum contagiosum, non solum insepultum, sed et humanum, dummodo non ultra viduum ab obitu, censerl potest ac si foret physice praesens, ita ut Missa exequiatis in casu cantari licite valeat quoties praesente cadavere permittitur.

Ad XXVIII. Quoad primam Missam, ut in die Commemorationis: quoad secundam, ad libitum.

Ad XXIX. Servandum quod praescribitur in typico Breviario.

Ad XXX. Descriptas consuetudines non esse prorsus tolerandas, imo tamquam abusus et corruptelas reputandas, et ab Episcopo gravissimis rationibus adductis suffulto, pro sua prudentia sensim sine sensu penitus tollendas, exceptis tamen insequentibus juxta respondentes resolutiones, nempe.

Ad 3. Posse servari.

Ad 16. Reprobanda; sed addi poterit in Missa conventuali de consensu Episcopi collecta pro infirmo: salvis Rubricis.

Ad 18. Conceditur privilegium vigore facultatum a SS. D. N. Leone XIII specialiter tributarum S. Cong.

Ad 19. Attentis loci adjunctis, tolerandam.

Dubia additionalia.

DUBIUM I. Non obstantibus Decretis die 2 Maii 1867 et 12 Decembris ejusdem anni, quaeritur:

1. An S. Dominicus annuntianus sit in posterum Patronus totius Dioecesis, vel tantum Civitatis Calceatensis?

2. An hoc Festum sit praeceptivum pro Civitate Calceatensi?

3. An colendum sit sub ritu duplici 1. cl. cum sua Octava in universa Dioecesi extra Calceatensem Civitatem?

4. An in Missa dicendum sit *Credo* extra Civitatem Calceatensem?

5. Cum hic sit consuetudo recitandi commemorationem Patroni Dioecesis inter suffragia, an comprehenda sit commemoratio S. Dominici inter communes commemorationes Sanctorum?

DUBIUM II. An in Missa SS. Angelorum Custodum diei 2 Octobris facienda sit commemoratio S. Angeli Regni Hispani Custodis, cujus Festum celebratur die praecedenti cum Octava?

DUBIUM III. An in administranda infirmis S. Communionem non per modum Viatici, servandae sint tam extra quam intra cubiculum infirmi omnes caeremoniae a Rituali praeceptae pro

administratione Viatici, exceptis tantum verbis «Accipe Frater, vel Soror?»

DUBIUM IV. In Offertorio Missarum Dominicae 2. Adventus, et Feriae 6. post Dominicam 3. pariter Adventus, quaenam lectio est recta, *Deus tu convertens*, vel *Deus tu conversus*?

DUBIUM V. In Oratione propria SS. Prudentii, Ep. Conf. et S. Pantaleonis M. praeponendum ne est nomen adjectivum *Beato*, *Beatum*?

DUBIUM VI. Quaenam lectio est sequenda post introitum Missae S. Isidori Agricolae?

DUBIUM VII. An in Graduale Missae S. Ferdinandi Regis, tempore Paschali addendam sit *Ÿ. Justus germinabit*?

DUBIUM VIII. An novum Festum S. Silvestri Abbatis assignatum in die 26 Novembris sit praeferendum Festo Desponsationis B. M. V. reposito in praefato die?

DUBIUM IX. Utrum usus, qui fere evasit communis, non leviter imbuendi amylo Corporalia, retineri possit?

Ad dubia additionalia.

Ad I. Quoad 1 quaestionem, S. Dominicus annuntiandus tantum uti Patronus secundarius civitatis Calceatensis; ad 2 Negative; ad 3 Negative etiam in civitate Calceatensi; ad 4 ut in praecedenti; ad 5 Negative.

Ad II. Negative.

Ad III. Affirmative, juxta Ritualis Romani praescripta, exceptis excipientis.

Ad IV. In casu recte legendum *Deus tu conversus*

Ad V y VI. Servandam typicam editionem.

Ad VII. Affirmative.

Ad VIII. Negative, eo quod pro tota Hispania Festum Desponsationis Deiparae ab Apostolica Sede affixum fuit diei 26 Novembris tamquam in die propria.

Ad IX. Usus utpote communis in casu potest retineri.

Atque ita rescripsit et servari mandavit die 13 Febr. 1892.

✠ CAL. CARD. ALOISI-MASSELLA, *Praef.*

VINCENTIUS NUSSI, *Secretarius.*

Como complemento del Breve de Su Santidad, por el cual se erige la Asociación universal de la Sagrada Familia, transcribimos las siguientes declaraciones de la Sagrada Congregación de Ritos:

Dubia.—Postquam litterae a Sacra Rituum Congregatione, die 10 Decembris 1890, de cultu Sacrae Familiae, singularum Dioecesium Ordinariis transmissae fuerunt, eidem Sacrae Congregationi sequentia Dubia proposita sunt nimirum:

I. An Seminaria, Collegia, Congregationes et Religiosae Familiae possint per formulam novissime a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII approbatam semel Sacrae Familiae consecrare, itemque Paroeciae, Dioeceses ac Regiones?

II. Preces ab eodem Sanctissimo Domino Nostro itidem approbatae atque indulgentiis ditatae a singulis Familiis coram imagine Sacrae Familiae recitandae, possuntne in Ecclesiis publicis usurpari?

III. Licetne familiis, quae jam speciali ratione Sancto Joseph se consecrarunt, semet Sacrae Familiae dedicare?

IV. Quum formulae orationes, litaniae, formulae consecrationis Sacrae Familiae et alia hujusmodi in pluribus locis circumferantur, quomodo providendum.

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub signata die coadunata, referente me infrascripto Cardinali Praefecto, omnibus rite perpensis, sic rescribere rata est:

Ad I. Quoad Seminaria, Collegia et singulas Domos Congregationum ac Familiarum Religiosarum, *Affirmative*; quoad Paroecias, provisum per consecrationem familiarum in singulis Paroeciis; quoad cetera, *Non expedire*.

Ad II. *Affirmative*, sed coram Imagine Sacrae Familiae.

Ad III. *Affirmative*.

Ad IV. Quoad litanias, comprehendi sub universali vetito Litaniarum, quae explicite approbatae non fuerint a Sede Apostolica; quoad orationes, formulas consecrationis aliasque, preces sub quovis titulo ad Sacram Familiam honorantem adhibitas, mittendas esse ab Ordinariis locorum, nec non a Superioribus Religiosarum Congregationum, ut debito examini subjiciantur.

tur; secus in posterum licite usurpari nequeant. Die 13 Februarii 1892.

De his autem facta Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII, per me infrascriptam Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua resolutiones Sacrae ejusdem Congregationis ratas habuit, et confirmavit. Die 18, iisdem mense et anno.

CAIETANUS CARD. ALOISI MASSELLA, *S. R. C. Praefectus.*

—L † S. VINCENTIUS NUSSI, *S. R. C. Secretarius.*

REAL ACADEMIA DE CIENCIAS MORALES Y POLITICAS.

Programa del segundo de los concursos que, con el objeto de honrar la memoria del Excmo. Sr. D. Francisco de Borja Queipo de Llano y Gayoso Conde de Toreno, fundó por suscripción pública el Círculo Liberal Conservador, confiando á esta Real Academia el encargo de juzgar, y premiar, en su caso, los trabajos que se presenten.

Los de este certamen, correspondiente á 1895, versarán sobre el

TEMA

«Medios que puede emplear el Estado para fomentar la riqueza agrícola y pecuaria en España.»

El concurso se sujetará á las reglas siguientes:

1.^a El autor de la Memoria que resulte premiada, obtendrá cuatro mil pesetas en efectivo, un diploma y la cuarta parte de los ejemplares que de ella se impriman, con cargo á los intereses de una inscripción intransferible de la Deuda pública interior al 4 por 100, representativa del capital de ochenta y siete mil quinientas pesetas nominales, con que dicho Círculo ha instituido la fundación consagrada á otorgar bienalmente una recompensa, que llevará el nombre de *Premio del Conde de Toreno*.

2.^a Las monografías que se presenten, no podrán exceder de la extensión equivalente á un libro de 300 páginas, impresas en planas de 37 líneas, de 20 ciceros, letra del cuerpo 10 en el texto, y del 8 en las notas.

3.^a El autor del trabajo premiado conservará su propiedad literaria; reservándose la Academia, como administradora, el derecho de acordar, respecto á la impresión de una edición especial, lo que estimare conveniente.

No se devolverá el ejemplar de las Memorias presentadas á concurso, aunque no obtuvieren premio.

4.^a Las obras que hayan de optar al premio, se señalarán con un lema; y se remitirán al Secretario de la Academia, hasta las doce de la noche del día 30 de Octubre de 1894, acompañadas de un pliego cerrado, rotulado con el mismo lema de la Memoria, que contenga la firma del autor y las señas de su residencia.

5.^a Si la Academia resolviese que ha lugar á la concesión del premio, abrirá en 31 de Enero de 1895, el pliego cerrado correspondiente al trabajo en cuyo favor se haga la declaración, y señalará el día y la forma en que haya de adjudicarse aquél é inutilizarse los pliegos respectivos á las Memorias no premiadas.

6.^a No se otorgará premio á los autores que no llenen las condiciones expresadas, ó quebranten el anónimo.

7.^a Los Académicos de número no pueden aspirar al premio.

Madrid 31 de Enero de 1893.—Por acuerdo de la Academia,
José Garcia Barzanallana, Académico Secretario perpetuo.

La Academia se halla establecida en la Casa de los Lujanes, Plaza de la Villa, n.º 2, principal.

ANUNCIO.

Oficio de la Semana Santa para los Párrocos que celebran los oficios divinos sin Ministros Sagrados, por el Presbítero Lic. D. Eustaquio Gil Gómez, Beneficiado Maestro de ceremonias del Santo Templo Metropolitano de Nuestra Señora del Pilar de Zaragoza.

Se vende encuadernado al precio de 7 pesetas en la imprenta de este BOLETÍN.